

DE METROP. ET COLLE. ECCLESII. Fo. XIII.

Alioqui ipso facto nulla posthac alia monitione expectanda in censuras ac pœnas constitutionum canonicarum incursum.

Decani vindictaque aduigilabunt. Cap. IX.

Quo ergo hæc quæ diximus repurgentur, ac debite simul cum omnibus alijs ad diuini officij prosequitionem ac chori disciplinam spectantibus obseruentur, Decanus diligenter inuigilabit, hinc & hinc circumspiciens, ne quid inordinate fiat.

Ante omnia vero ut Canonici sacris ad sint. Cap. X.

Cvi ante omnia curæ erit, ne quis Canonicorum sacris absit, sed ut qui emolumen tum ferre volent, officium quoque suum, propter quod beneficium datur, in ecclesia gerant. Aurelianæ. Concilio cauetur, clericos qui officio adesse contemnunt, ecclesiasticam disciplinam arbitrio Episcopi recepturos. Sed facile castigabitur hic laplus, si negligentes subtractione prouentuum seu distributionū multentur. Quare qui ab epistolæ lectione, exinde toti missæ, & a primo psalmo, singulis horis canoniciis integris ac minime interpollatim (nisi forsan necessitate auocante, petitæq; ac obtenta licentia) non interfuerit, iustus est, ut hic illius horæ aut officij stipendio in toru careat.

Aurelianæ. 23

Vicarij ut diuinis laudibus decantandis intersint,
adigendi. Cap. XI.

Qvi Vicarij dicuntur, in quibusdam collegijs se in libertatem quandam potius carnis quam sp̄iritus vindicare contendunt, nolentes choro, decantandisq; simul cum Canonicis diuinis laudibus ac sacris esse addicti, sed hi relipiscant ac incipiunt intelligere cur Vicarij dicantur. Superpelliceis quoque vtantur. Cuius enim vices gerent, nisi Canonicis adiutores accedant. Horum nimirum vice, qui vel aduersa valetudine detentí, vel negotijs necessarijs auocati, interesse non possunt. Cur tandem superpelliceis vtentur, qui chori sacris se mancipatos non agnoscunt. In ordinem ergo disciplinæ redigantur, suspensiōnijs pœna, etiam a fructibus, nedum quotidiani illis quæ distribuuntur, sed a grossis etiam pro culpæ modo animaduer tendunt in non parentes.

Ad personalem residentiam cogendi, quibus hæc per fundationes beneficiorum est imposita.

Cap. XII.

Qorum fundationes personalem residentiam requirunt, illi aut ipsi resideant, aut a prouentuum perceptione suspendantur, & fructus illi, in alios pios vlus conuertantur, nisi qui reipublicæ causa ex autoritate nostra absuerint.

C iii Lucri